

tum est. Nam qui alicui persuadere doctrinam studet, quæ sa-
luti ejus damnum infert, is sane charitatem vehementer laedit:
sed qui eos qui falsam sibi de Christi persona & officio ideam for-
mant, qua Christi loco phantasma quoddam intuetur, extra sa-
lutis periculum versari adstruere annititur. is dum citra fidem in
Christum salvari homines posse docet, ipsum salutis fundamen-
tum subruit. Quanto longius adeo, Vir Summe Reverende
ac Magnifice, Te ab hac infausta Pseudo-Prophetarum societate
disjungis, tanto felicius veræ in Christum fidei & Charitati
accedis, viꝝ, quæ alios ad salutem ducis, ipse firmiter insistens. Præ-
ter sermones publicos, quibus per tot annos maximo illorum,
qui eloqua tua non humanæ sapientiæ verba sed logia tu Theu
esse sentiunt, cum applausu Cathedra Ecclesiastica Tua personat,
loquuntur id tot Scripta Tua, quibus hypotyposin hygianon-
ton logon constanter sequi Te dudum publice profiteris, cui
ruranda haud minus in ardua Proto-Synedrii Assessoris statione
invigilas. De quibus cum etiam singularis Tua inde à multis
annis perspecta erga me benivolentia & cumulatum in me col-
lata merita adhuc amplius me confirmant, haud dubitavi, quin
codem, quo me præsentem dignari soles, vultu, libellum hunc
Summe Reverendo ac Magnifico Tuo Nomi sacramentum, ad-
missurus sis. Sic servet Te Potentissimum Numen in canam
usque senectutem, animi ac corporis dotibus florentissimum, in
Ecclesiæ levamen sitientis præsidium. Quid intimis precibus
teve

Summe Reverendi ac Magnifici Nominis

Tui

Cultor observantisimus

David Gertmann.